



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

## Die I.

**D**EO OPTIMO MAXIMO, Sanctorum omnium sanctissimo Conditori HÆC DIES ex merito tribuenda, nomine, sanguinéque eius illustri, cuius subinde largi- us effusi concretæ gemmulæ, seu guttæ, Düssel- dorpensi in Arce, aureâ hierothecâ inclusæ religiose asservantur. *THESAURUS, QUO NEC TERRA DARE, NEC CÆLVM EXPETERE MAIOREM POSSIT. Ex Sacrarj Dusseldorpiensis Indice.*

## II.

**A**PUD CLIVIOS inclitæ eius gentis Au- ctoris ac Parentis ÆLII GRAII, vulgò Helix de Grail, pervetusta memoria, de cuius PROSAPIA, CYGNO, AVREO CORNV, AR- MIS, PATRIA, mythologicè multa narrant annales, venerandæ antiquitati relinquenda: hoc indubitatum, eundem ab naturæ gratiæ- que donis, genere, armis illustrem, ductâ BEA- TRICE THEODORICI VLTIMI CLIVIE PRÆ- BECTI FILIA, ex eadem Theodorum, Gode- fridum, Conradum, ut Sanguinis & Patriæ, ita & virtutum heredes reliquisse. A RAD-

A

BODO



IANUARIUS.

2  
 BODO FRISIÆ tyranno, SLAVIS, WILDEN-  
 SIBVS, Christianorum infensissimis hostibus;  
 bello laecessitus, ingentes victorias reportavit.  
 Regibus Francorum DAGOBERTO & SIGE-  
 BERTO armis, Christiano ardore sociatis, ex  
 SYRIA, & HISPANIA SARACENOS eiecit, à  
 quibus tandem, dum ad NARBONAM numero  
 (non animo impar) parvâ manu, DEI causâ,  
 Anno DCC. XXXIV. Regiminis tertio &  
 vigesimo, leonino planè animo configit, palu-  
 dibus interceptus, gloriosâ sibi posterisque  
 morte concidit, FIDEI PALMA & NOBILI  
 CONSTANTIÆ CORONÂ, vt sperare par est,  
 ÆTERNVM DONANDVS. *Ex Wernero Teschen-  
 macher Iulie, Clivia laborioso Annalium Scriptore.*

III.

NEOBURGI ad Istrum aulico in Sacello trans-  
 Natio CAPITIS Virginis & Martyris Sanctæ  
 PERITONIÆ, ex illustri S. VRSULÆ comitatu,  
 quæ Crucis signo armata, imperterrito & vul-  
 tu, & animo, data cervice Attilæ gladio ca-  
 put amisit, *Nobilissima fidei & castitatis victima!*  
*Ex Aulico eiusdem sacrarij Sanctorum syllabo.*

IV.

PUBLICÆ venerationi, DUSSELDORPIANA  
 in